

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Curiositas b  
cum uariis

Humilitati saluberrime quam Dominus noster Ihesus Christus ut docet humiliatus est, maxime aduersatur quedam, ut ita dicam, imperitissima sciencia dum nos scire gaudemus, quid Anaximines, quid Anaxagoras, quid Pythagoras, quid Democritus senserit et ceteri huius, ut docti eruditique uideantur, cum a doctrina et uera erudicione longe absit.

Augustinus in epistola ad Dioscorum.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

humilitati] humiliati P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>; quam] qua P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Christus *om.* B M; huius] huiusmodi P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; absit] absint V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>